



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Capitvla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

ANNO  
CHRISTI  
932.  
Ruitge-  
ro, qui  
anno 934  
obit.

sissimis sacerdotibus, id est \* R. sanctæ Treuerensis ecclesiæ archiepiscopo, Vnni sanctæ Hamburgensis ecclesiæ episcopo, Adalguardo † Fardunensis ecclesiæ episcopo, Rino Argentinæ ciuitatis episcopo, Nodingo Constantinæ ecclesiæ episcopo, Vnuuano Padeburnensis ecclesiæ episcopo, Bernardo Halberstadensis ecclesiæ episcopo, Othilrico Augustodunensis ecclesiæ episcopo, Burchardo Vvirtzeburgensis ecclesiæ episcopo, Duodone Osnaburgensis ecclesiæ episcopo, Rumaldo \* Memigernafurdensis ecclesiæ episcopo, Eburgiso † Mimidonensis ecclesiæ episcopo, nec non & abbatibus, aliisque sacri ordinis viris. Porro cum eorum vnanimitate, ac primum Deo fauente, eorum capitula infra notata, \* quam pro populi Christiani correptione collecta sunt.

† Virdu-  
nenis ho-  
die in Gal-  
lia, sed ma-  
lim de Ger-  
mania capi.  
Nam Cap-  
dui Ger-  
maniae po-  
puli, qui  
forte sunt  
Tacito  
Suardones.  
† Antonino  
Minnedu-  
num, vulgo  
Milden.

\* Mona-  
steriensis

\* deest hic  
membrum  
precedens,  
tam, ut  
infinuat  
sequens  
particula,  
quam.

## C A P I T V L A.

### I.

Vt deinceps natalitia duodecim apostolorum summa veneratione solenniter celebrentur: & in vigiliis antiquitus statutis atque haec tenus ab antecessoribus nostris seruatis iejuniorum vota omni diligentia persoluere decernimus: quia quos cælitus sublimioris meriti scimus, hos & amplioris dignitate honoris a nobis colendos esse non dubitamus.

### I I.

Placita sæcularia dominicis vel aliis festis diebus, Burch. lib.  
13. c. 21. Iuo  
p. 4. c. 51.  
Decret. 15.  
q. 4. c. Pla-  
cita seu etiam in quibus legitima ieunia celebrantur, secundum canonicam institutionem, minime fieri volumus. Insuper quoque gloriissimus rex ad augmentum Christianæ religionis concessit, vt nulla iudicaria potestas licentiam habeat Christianos sua auctoritate ad placitum bannire septem diebus ante natale Domini, & a quinquagesima usque ad octauas paschæ, & septem diebus ante na-

E iiij

tiuitatem sancti Ioannis Baptistæ , quatenus ad-  
eundi ecclesiam , orationibusque vacandi liberius  
habeatur facultas.

## III.

Burch. lib.  
13. cap. 28.  
Iuo part. 4.  
cap. 60.  
Præcipimus namque , vt nullus Christianus ec-  
clesiam pro reuerentia petendo , ibique manendo ,  
indeque reuertendo , alicuius publicæ potestatis  
banno ibidem constringatur , ne forte , dum ad ec-  
clesiam causa orationum properat , per bannum  
impediatur pro salute animæ deuote insistere.

## IV.

Similia  
quædam in  
Concilio  
Agathensi  
Can. 4.  
apud Iuon.  
part. 6. cap.  
226.  
Si quis presbyter aut diaconus negligens vi-  
tæ suæ , mala de se suspicari permiserit , & eius infa-  
mia coram episcopo canonice denotatur , admo-  
neatur ab episcopo semel , bis , ac tertio , vt vel  
prodendo reatum culpabilem se esse cognoscat ,  
& sic iustæ correptionis sententiam excipiat ; aut  
adhibitis secum collegis iuramento se expurgan-  
do innocentem se esse demonstret.

## V.

Burch. lib.  
13. cap. 27.  
Iuo part. 4.  
cap. 59.  
Ut nemo nisi consentiente proprio episcopo ,  
aut eius misso sub obtentu religionis iejunium  
sibi imponat , vnum præ aliis excipiendo , omni-  
modo interdicimus . Quod & factum dispicet ,  
& in futurum fieri prohibemus , quia plus causa  
ariolandi esse cognoscitur , quam supplementum  
legis catholicæ .